



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Munerum largitio vetita Regularibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

## Montes pietatis.

- 1 Appobantur cum solutione ultra sortem pro ministris, & rerum custodia. Leo X. Anno 1515.
- 2 Moderata sit tamen solutio. *ibid.*
- 3 Prædicantes contra Montes ritè institutos, seu disputantes, ipso facto sunt excommunicati. *ibid.*
- 4 Episcopi ex officio suo iuxta sacros Canones cognoscat Eleemosynas Montis pietatis, seu caritatis, & exequantur, non obstantibus quibuscumque. Trid. sess. 22. cap. 8.
- 5 Etiam si cura ad laicos pertineat, & exceptionis priuilegio sint muniti. *ibid.*
- 6 In statu Ecclesiastico excommunicatur omnes inferiores Episcopis, qui quouis prætextu vel colore, præsumunt pecunias ad Montes pios attinentes in alios, quam in vissus pauperum, disponere, cum obligatione restituendi. Paul. V. apud Nald. *Furtum. num. 12.*

Munerum largitio verita  
Regularibus.

- 1 Nullum donare possunt Regulares utriusque sexus. Clem. V III. Anno 1594.
- 2 Præter leuiora, esculenta, aut poculenta, seu ad devotionem spectantia, nomine communis. *ibid.*
- 3 Neque per se, neque per alios. *ibid.*
- 4 Neque Ordinariis ex causa benedictionis, habitus tradendi, aut professio nis Monialium. *ibid.*
- 5 Neque ipsis Religiosis inter se, nisi minima, & cum licentia superiorum in scriptis. *ibid.*
- 6 Prohibetur etiam erogatio pecuniae in honorem alicuius, seu gratianimi testificationem quouis modo significandam. *ibid.*
- 7 Quicumque recipit, tenetur ad restitutionem monasterio. *ibid.*
- 8 Poena imponuatur dantibus, privationis officiorum, inhabilitatis, vocis actiue, & passiue, ipso facto, furti, & simonia. *ibid.*
- 9 Quotannis legantur hæc coram Regularibus, & pro Monialibus in communem conuertantur linguam. *ibid.*

## Notarius.

- 1 Possunt examinari ab Episcopo, Notarii, quicunque ii sint, & incepiti prohiberi ad tempus, & in perpetuum. Trid. sess. 22. cap. 10.
- 2 Collegium Notariorum Curia Episcopalis, si multi sint, restituatur, quod certum numerum pro Diocesis conditione continet. Prova.
- 3 Statuta conficiantur, ab Episcopo approbanda. *ibid.*
- 4 Idonei tantum per examen Episcopi recipiantur. *ibid.*
- 5 Reuocantur ii, qui de iure non possunt esse testes, ut indigni. *ibid.*
- 6 Neque admittantur ii, qui 25. annum non attigerint, & per quadriennium in Notariatus officio integrè, peritèq; non sunt versati. *ibid.*
- 7 Iurent se nihil dedisse, vel promisste pro obtinendo hoc officio, antequam adiungantur. *ibid.*
- 8 Itemque quod fideliter munus hoc exercebunt, nihil recipient à litigatoribus, vel aliis eorum nomine, præter taxam Episcopi non curabunt: ut sibi cause committantur, neque promotores erunt, vel procuratores in causis, coram Episcopo, aut Vicario, eorumque ministro. *ibid.*
- 9 Item quod omnes actus iudiciales conscribent, conscriptos, & instrumenta, & omnia alia in causis producta in regestum referent, debitamq; copiam dabant, sine fraude, contenti taxata mercede. *ibid.*
- 10 Illeq; quod secreta officii, & causarum nemini patefacient, præsertim dicta testū, & consilia Assessorum donec sententiæ latæ fuerint, & subscriptæ. *ibid.*
- 11 Denique iurent, quod mandatis Episcopi, parabunt, iniuncta officii, & iusta Officialium Collegii, seruabunt, & prædicta omnia sine dolo iniuliatæ præstabunt. *ibid.*
- 12 Originales processus videnti deferrant, nisi alicuius inopia aliud Episcopo suadeat. *ibid.*
- 13 Ettie nonnisi in proprio pluteo, Archiviu loco, neq; alio aportari licet etiam de consensu partium, præterquam iudici cause ostendenda. Pro. 5.

14 Ni-